Lichenologische Beiträge.

2.

Von Dr. J. Müller.

(Schluss.)

16. *Lecidea paratropoides* Müll. Arg. Thallus obsoletus v. rudimentarie disperso-subglebosus, decorticatus, albus. Apothecia 1—3 mm. lata, sessilia, juniora crasse marginata, demum conferta et pressione mutua angulosa saepeque inciso-lobata, raro botryosa, evoluta tenuiter et vix prominenter marginata v. subimmarginata, plana, atra et opaca, intus infra laminam et hypothecium fuscum profunde nivea, quoad laminam apice nigra, caeterum atrogrisea. Lamina circ. 90 μ alta, hyalina, v. fuscescenti-hyalina; epithecium pure atrofuscum; paraphyses conglutinatae; hypothecium hyalinum, dein leviter fuscescens v. fuscescenti-sordidum. Asci angusti, superne confertim sporigeri, 8-spori. Sporae (simplices, hyalinae) exiguae, 5—8 μ longae, 3—4$^1/_2$ μ latae, ellipsoideae v. hinc inde globoso-ellipsoideae v. globoso-ovoideae.

Thallus visus fragmentarius, evidenter decorticatus, niveus v. cinereo-albidus, subfarinosus, K—, saepissime plane nullus. Apothecia magna, multo majora quam in affini *L. polycarpa* (Anzi exs. n. 478), a qua insuper hypothecio pallidiore, sporis paullo minoribus et colore epithecii differt. Etiam *L. lapicida* affinis est sed haec sporis et epithecio similiter differt et apothecia intus aliter colorata offert. A *L. botryosa* Hepp ap. Arn. Ausfl. 6. p. 7, s. *L. proludente* Nyl. in Flora 1872 recedit apotheciis multo majoribus, raro botryosis, colore epithecii et laminae, sporis minoribus, et epithecium caeterum K— nec rubescens. A proxima *L. paratropa* Nyl. in Flora 1869 p. 84 demum nonnisi ambitu multo latiore sporarum (et thallo K—) differre videtur. Ambitus sporarum ut in Hepp Abbild. Spor. Fl. Eur. t. 98. n. 859.

Habitat ad saxa gneissiaca in Vallée de Bagnes Valesiae, loco Torembé, altit. 6200 ped., infra ingentes moles glaciales Getroz.

17. *Rhizocarpon geographicum* v. *medians* Müll. Arg. Thalli areolae majusculae, primum discretae, dein gregatim confluentes, planiusculae, albido-flavae, superficie mox rimulosa undique subpulverulentae; apothecia urceolata, marginata, demum plana, margine juniore thallino-albescente demum contracto; sporae didymae v. dein modice parenchymaticae.

Thalli areolae ut in *R. geographico* v. *alpicola*, sed deplanatae et pulverulentae, nec laevigatae, et apothecia ut in ejusd.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0350-1

var. *urceolata*, sed areolae majores, haud laevigatae et magis albicantes, in speciminibus nostris caeterum superficie undique minutissime subdendritice lineolatim v. tenuissime maculari-conspurcatae sunt, sed filamenta innate toruliformia, fusca, crebre articulata, evidenter fungillo parasitanti adscribenda sunt.

Habitat ad parietes rupium gneissiacarum inter Bonatchesse et Hôtel Monvoisin in Vallée de Bagnes Valesiae. — Eandem etiam legit beat. Dr. Hepp prope St. Moritz (fid. specim. Heppian. in Hb. Müll.).

18. *Verrucaria* (sect. *Amphoridium) tunicata* Müll. Arg. Thallus ochraceo-argillaceus, tenuiter tartareus, effusus, continuus, demum rimoso-areolatus, intus albescens. Apothecia sessilia v. pro parte v. omnino immersa, crasse thallodice tunicata s. verruca thallode intus albida $\frac{7-9}{10}$ mm. lata cincta, integra, verrucam conicam apice truncatam paullo superantia v. ex illa emergentia, absque tunica $^5/_{10}$ mm. lata, paullo altiora quam lata, apice primum valide sed breviter collari-papillata, mox autem truncata et late impresso-umbilicata, parte e verruca emergente turgidula $^3/_{10}$ mm. diametro aequantia, extus intusque tota altitudine atra; perithecium hymeniale carneo-fuscescens; asci in massa paraphysali diffluente longitrorsum striolata nidulantes, parieti apothecii undique perpendiculariter inserti, satis numerosi, late ellipsoidei, 8-spori; sporae 22—27 μ longae, 16—22 μ latae, i e. globoso-ellipsoideae v. fere globosae, utrinque rotundato-obtusissimae, carneae v. fumoso-carneae, minute reticulatim venulosae v. potius plicatulae.

Juxta *V. grossam* Nyl. Scand. p. 270, *V. obscuram* Th. Fries (1864), et *V. glacialem* Hepp. Fl. Eur. adnot. ad n. 946 locanda est. A priore apotheciis perpendiculariter sectis undique circulo atro circumscriptis et thalli indole, a secunda thalli colore, sporis minoribus et subglobosis, et a tertia thallo demum rimuloso, haud albescente, apotheciis majoribus, alte et valide tunicatis differt. Verrucae apotheciorum ore saepe albescunt et apothecia pro parte immersa margine acuto laxe cingunt, circa immersa fere omnino evanescunt v. tantum circulo albescente indicatae sunt. Massa paraphysalis mollissima, hyalina, solutione jodina modice coerulescens, mox dein cupreo-fuscescens. Membrana sporarum reticulata facile sporas crebre parenchymatice divisas simulat, sed hinc inde occurrunt guttulae oleosae areolis pluries majores, circ. dimidium diametrum sporarum aequantes quales in parenchymaticis adesse nequeunt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0351-7

Habitat ad saxa micaceo-schistosa infra moles glaciales Getroz in vallée de Bagnes Valesiae, altitud. 6100 ped.

19. *Sagedia* (sect. *Pharcidia) constrictella* Müll. Arg. Thallus proprius nullus. Apothecia in thallo alieno fere omnino immersa, globosa, superne leviter attenuata, apice $^1/_{12}$—$^1/_{10}$ mm. lato superficiem thalli perforantia sed eum non superantia, media altitudine $^1/_5$ mm. lata, tenuia, tenuiter sensu verticali secta undique fusca, crassius secta subatra; filamenta ostiolaria nulla; paraphyses indistinctae; asceirc. 75 μ longi, 12 μ lati, cylindrici, rotundato-obtusi, undique leptodermei, 4 spori; sporae in ascis appositae v. oblique leviter imbricatae, uniseriales, 18—22 μ longae, 8—9 μ latae, oblongo-ellipsoideae, regulares, utrinque aequaliter rotundato-obtusae, medio insigniter constrictae.

Minutie prima fronte affine *Thelidium epipolytropum* Mudd Exs. n. 287 in mentem revocat, sed sporae multo majores et quoad formam omnino aliae. *Pharcidia Schaereri* minutie et forma sporarum etiam longius recedit. *Sphaerella Psorae* Anzi Anal. p. 27, Arn. exs. n. 523 gaudet apotheciis multo majoribus, sporis ambitu angustioribus medio minus constrictis et dein ascis omnino aliis. *Verrucariae rhyparellae* Nyl. in Flora 1870 p. 38 sporae sunt multo minores et octonae, et *Verrucaria innata* Nyl. in Flora 1865 p. 358, Leight. Lichenfl. p. 462, quae proxima, ascis 8-sporis et forma sporarum differt. Demum ab *Arthopyrenia punctillum* Arn. nuperrime in Lichenolog. Ausflüge, 11, Serlosgrugpe p. 22 et 38 edita, recedit apotheciis immersis globosis, sporis longioribus et fere duplo latioribus, medio valde constrictis et utroque apice late obtusis. — Asci subinde inter sporas leviter undulato-angustati sunt, cum paraphysibus diffluentibus J non peculiariter sed sporae ipsae J distincte cupreo-fuscescunt.

Habitat in glebulis thallinis laete vigentibus (nec morbosis) *Placodii fulgentis* v. *alpini* Th. Fries Arct. p. 81, quae eadem ac *Squamaria fulgens β decipiens* Anzi Cat. p. 46, in vallée de Bagnes Valesiae, juxta pontem infra viculum Getroz altitud. 6100 ped.

20. *Spolverinia valesiaca* Müll. Arg. Thallus nullus. Apothecia saxicola, circ. $^2/_{10}$ mm. lata, sessilia, adpresso-globosa, basi contracta, fuscescenti-atra v. atra, opaca, vertice integra v. minutissime umbilicato-impressa, sicca nonnihil collabescentia. Paraphyses nullae. Asci 8-spori, primum subglobosi, demum ellipsoidei, recti v. paullo incurvi, superne vix distincte pachy-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0352-3

dermei, evoluti 45 μ longi. Sporae 12—15 μ longae, 8—10 μ latae, triente longiores quam latae v. etiam magis globoso-ellipsoideae, utrinque rotundato-obtusae, olivaceae, dein olivaceo-nigricantes. Gonidia hymenialia nulla.

Plantula insigniter distincta, evidenter juxta *Verrucariam melaspermam* Nyl. in Flora 1865 p. 357 inserenda est. Sporae obscuriores magisque olivaceo-fuscescentes quam in *S. puncto* Mass., ubi caeterum vulgo in ascis geminae sunt nec octonae. — Ambitus sporarum ut in Hepp Abbild. Flecht. Europ. t. 74. n. 656.

Habitat ad saxa nuda gneissiaca infra Hôtel Monvoisin, in vallée de Bagnes Valesiae, altitud. 6000 ped., cum *Lecidea privigna α simplice.*

Bemerkung: Zu *Spolverinia* ist auch jenes Genus als eigene Section (im Sinne von subgenus) zu bringen, welches mir der sel. Dr Hepp als *Müllerella* (vergl. Müll. Arg. Principes de classific. des Lich. et Enum. Lich. de Genève p. 79. t. 3. fig. 23) gewidmet hatte. Die Müllerella-Arten differiren zwar allerdings von *Spolverinia* Mass. durch schwarze Früchte, durch ihr parasitisches Vorkommen und durch die vielsporigen Schläuche, allein keiner dieser 3 Charaktere hat, isolirt aufgefasst, generischen Werth, und wenn man sie zusammennimmt, so bilden sie keineswegs etwa das Aequivalent eines einzigen guten generischen Characters, sondern sie sind und bleiben so gut wie in analogen Fällen bei Phanerogamen, Charactere untergeordneten Werthes. Zudem sind die Früchte von *Sp. valesiaca* fast schwarz (und ihre Schläuche sind 8-sporig) und da das Parasitische an und für sich werthlos ist, so bleibt zwischen *Spolverinia* Mass. und *Müllerella* Hepp als einzige Differenz nur noch der Oligosporismus und der Polysporismus der Schläuche. Ich bringe somit *Müllerella* als eigene Section zu *Spolverinia*, und mit Anführung der von mir selbst untersuchten Arten verhält sich dann *Spolverinia* wie folgt:

Spolverinia (Mass. emend.) Müll. Arg. Thallus crustaceus v. nullus. Apothecia pyrenocarpica, solitaria. Asci oligo-polyspori. Sporae simplices, fuscae (lurido-olivaceo-fuscae v. laetius coloratae).

Sect. 1. *Euspolverinia* Müll. Arg.; Genus *Spolverinia* Mass., Körb. Asci oligospori.

1. *S. punctum* Mass.
2. *S. valesiaca* Müll. Arg.

Sect. 2. *Müllerella* Müll. Arg.; Genus *Müllerella* Hepp ap. Müll. Arg. l. c. Asci polyspori.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0353-9

3. *S. polyspora* Müll. Arg.; *Müllerella polyspora* Hepp ap. Müll. Arg. l. c., Arnold in Flora 1874, n. 229. Habitat in thallo *Lecideae enteroleucae* prope Genevam.

Anzeige.

Einladung

zur

47. Versammlung deutscher Naturforscher und Aerzte.

Nach Beschluss der in Wiesbaden abgehaltenen 46. Versammlung deutscher Naturforscher und Aerzte findet die **diessjährige Versammlung** in

Breslau vom 18. bis 24. September statt.

Die unterzeichneten Geschäftsführer erlauben sich die Vertreter und Freunde der Naturwissenschaft und Medicin zu zahlreicher Betheiligung freundlichst einzuladen.

Die Versendung der Programme findet im laufenden Monat statt.

Breslau, den 1. Juli 1874.

Löwig. **Spiegelberg.**

Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

71. Journal de Botanique publié par la société de botanique de Copenhague. L'année 1872. L'année 1873. 2.
72. Leitgeb, Zur Kenntniss des Wachsthums von Fissidens.
73. Sitzungsbericht der k. Academie d. Wissenschaften in Wien. Mathem.-naturw. Classe. Jahrg. 1873. 6 und 7.
74. Bericht über die Thätigkeit der bot. Section der Schlesischen Ges. im Jahre 1873.
75. Nederlandsche Maatschappitij ter bevordering vom Nijverheid, Handelingen en mededeelingen 1874. Haarlem.

Redacteur: Dr. **Singer**. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0354-4

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1874

Band/Volume: 57

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 348-352